Fragmentarium

Clm 29156

Dt 27,22

cum omni iumento. & dicet omnis
populus. Amen, Maledictus qui dor
mit cum sorore sua filia patris sui
siue matris suae. & dicet omnis po
pulus. Amen, Maledictus qui dormit
cum socrus sua. & dicet omnis populus. Amen,
Maledictus qui clam percusserit
proximum suum. & dicet omnis po
pulus. Amen, Maledictus qui accipit
munera ut percutiat uenim sam
sanguinis innocentis. & dicet omnis
populus. Amen, Maledictus qui non
manet in sermonibus legis huius nec
eos opere perficit. & dicet omnis popu
lus. Amen, Sin autem audieris uocem domi
ni dei tui. ut facias atque custodias
omnia mandata eius quae ego pre
cipio tibi hodie. faciet te dominus deus tuus
excelsiorem cunctis gentibus quae
uersantur in terra, Venient super
te uniuersae benedictiones istae
& adprehendent te. si tamen pre
ceptis eius audieris, Benedictus tu
in ciuitate. & benedictus in agro,
Benedictus fructus uentris tui. &
fructus terrae tuae. fructusque iu
mentorum tuorum. greges armento
rum & ouilia ouium tuarum, Benedic
tus horreum tuum. & benedictus reliquiae
tuae. Benedictus eris. & ingredieris
& egredieris, Dabit dominus inimicos
tuos qui consurgunt aduersum te
conuertes in conspectu tuo, per
unam uiam uenient contra te
& per septem fugient a facie tua,

Emittet dominus benedictionem super cella
nua tua. & super omnia opera manuum
tuarum, Benedicet tibi in terra
quam acceperis. suscitabit te dominus
sibi in populum sanctum sicut iurauit
tibi, Si custodiens mandata domini dei tui
& ambulaueris in uiis eius, Vide
bunt quoque omnes terrarum populi. quod
nomen domini inuocatum sit super te
& timebunt te. Abundare te fa
ciet dominus omnibus bonis. fructu ut
tui. & fructu iumentorum tuorum.
fructu terrae tuae quam iurauit
dominus patribus tuis ut daret tibi, Aperiet
dominus thesaurum suum optimum ce
lum. ut det pluuiam terrae suae
in tempore suo. benedicet cunctis
operibus manuum tuarum, Et fene
rabis gentibus multis. & ipse a nullo
fenus accipies. Constituet te dominus 13
in caput. & non in caudam. & eris
semper super. & non super, Si audi
ens mandata domini dei tui quae ego
praecipio tibi hodie. & custodiens
ac facias & non declinaueris a uiis
nec ad dexteram nec ad sinistram.
nec secutus fueris deos alienos
neque coluieris eos, Quod si audiere
noluieris uocem domini dei tui. ut cus
todias & facias omnia mandata
eius. & ceremonias quas ego
praecipio tibi hodie, uenient super
omnes maledictiones istae & adpre
hendent te, Maledictus eris in ci 16
uitate. maledictus in agro. Mac

Dt 28,16

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29260(1, 18v – Old Testament
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-4bhc/10118/73652)